Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

De sacramento quadragenarii &
quinquagenarii HOMERI.

Sicut imminentibus sollempnibus paschalibus quadragesimam ieiuniorum obseruantia celebrauimus. sic eisdem pactis quinquagesimam nonsine certa causa mysterii festa deuotione agimus. Nam quia sancta ecclesia in quibus iam suis membris adhuc pro eterna requie laborat interris. in quibus iam uero omni finito labore cum xpo iam regnat. in celis. in memoria utriusque utre constituere patres nostri gemina est hec congrue religionis sollempnia. Quadragesimam uidelicet affliction ieiuniorum. quinquagesima instantem iam dominice resurrectionis tempore laetitiae gaudiis que paschalibus. quia per labores & continentiam & cetera arma iustitie ad uite mortalis. premia debeamus attingere. Porro quinquagesimam ab ipso dominice resurrectionis die inchoare. & gaudiis potius lauchibusque diuinis. quam ieiuniis uoluerit esse celebrare. quatinus animis eius festis. diuitiis admonere

mur. desiderium nostrum. ad optinenda festa que non sunt annua sed continua. non terrena sed celestia. semper accendere. firmaque tenere. quia non in tempore mortalitatis huius. sed in eternitate future incorruptionis. uera nobis querenda felicitas. uera est in uenienda sollempnitas. ubi cessantibus cunctis languoribus. tota uidelicet uisione ac laude uita geritur. iuxta illud. beati qui habitant in domo tua. in secula seculorum laudabunt te. Vnde merito quinquagesimae diebus. in memoriam felicissime quietis. celebrare alleluia canere solemus. Alleluia namque hebraicum est. & interpretatur latine. laudate dominum. pro hoc uerbo apud hebreos. semper alleluia cantatur. Quod in euangelio iohannes. in apocalypsi sua. celestium agmina uirtutum canentia. se audisse perhibet. Sed & uenerabilis pater tobias eruditione angelica intelligens quanta ipsius ierusalem celestis sit claritas. hec mystica uoce dicebat. Cr lapide preciosoque mun